Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

M ante Y

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

ſert Muſſare, queri. Virgilius 11. Aeneidos: Flent mœſti, muſſantque patres.

Muſſito, muſſitas, Frequentativum à muſſo: hoc eſt, multùm & frequenter muſſo, & quod apertè dicere non audeo, clàm murmuro. [לחש lochaſch. μύζω. Gall. *Parler ſouvent bas & entre les dents*. Ital. *Muſſare, parlar ſotto voce*. German. Viel mubeten vnd brummen. Hiſpan. *Hablar como entre dientes*. Polon. *Cycho ſzeptam*. Vngar. *Suttogok*. Ang. *To mutter, to ſpeak ſoftlie and often*.] Livius libro 1: Haud mirum eſſe, Superbo inditum Romæ cognomen: jam enim ita clàm quidam muſſitantes, vulgò eamen eum appellabant. Idem libro 7: Muſſitantesque inter ſe rogitabant, num quem plebeii COS. pœniteret. Plautus in Milit. Illi inter ſe certant donis, ego mecum muſſito. Terent. in Adelph. Verùm cogito id quod res eſt: quando cum quæſtam acceperis, Accipiunda, & muſſitanda injuria adoleſcentum eſt. Vbi Donatus: Muſſitanda, patienda, conſideranda cum ſilentio. Muſſitare enim propriè eſt diſſimulandi cauſa tacere.

Muſſitabundus, Multùm muſſitans, & quod non ſatis tutò apertè dici poſſit, clàm murmurans. [לחש lochaſch. μύζων.]

Mutuum, mutui, n. ſ. Dicitur ab eo, quod de meo tuum fit: ad quæ res, quæ redduntur, mutantur, & propriè ſine uſura. [משאלה maſchſchalah. δάνειον. Gall. *Preſt, emprunt*. Ital. *Scambio, preſtanza*. German. Ein gelihens / das man entlihet. Hiſp. *Preſtado*. Polon. *Pożyczenie*. Vngar. *Költsön*. Ang. *A lone, that which is borowed*.] Plautus in Aſinar. Nam ſi mutuò non potero, certum eſt, ſumam fœnori. Paulus Iureconſultus: Mutuum damus, recepturi non eandem ſpeciem, quam dedimus, alioquin aut commodatum erit, aut depoſitum: ſed idem genus. Nam ſi aliud genus, veluti pro tritico vinum, recipiamus, non erit mutuum. ❡ Mutuùm item adverbialiter ponitur, pro mutuò. Cicer. pro Flacco. Pecuniam ſumpſit mutuùm à Scholaſtis amant ſe mutuùm: id eſt, inter ſe amant.

Mutuò, adverb. Invicem, inter ſe. [ἀλλήλως. Gall. *L'un l'autre*. Ital. *Vicendevolmente*. German. Einanderen / gleichlichen. Hiſp. *Amigo*. Polon. *Spolnie, naſſpol*. Vngar. *Viszontagsaggal, költsön*. Ang. *Courſe about, one after an other*.] Cicer. Mutuò ſe amabant. ἀλλήλους: id eſt, inter ſe amant, quod venuſtiſſimè alibi dixit. Plancus Ciceroni: Fac me mutuò diligas: id eſt, fac mihi in amore reſpondeas, & me viciſſim ames. Idem in Epi. Te ut diligas me, ſi mutuò me facturum ſcis, rogo.

Mutuè, Aliud adverb. Cic. Cn Pomp. lib. 5: Nulla in re tam lætari ſoleo, quàm meorum officiorum conſcientia, quibus ſi quando non mutuè reſpondetur, apud me plus officii reſidere facillimè patior.

Mutuo, mutuas, mutuare, Mutuum dare. [הלוה hilvah. δανείζειν. Gall. *Preſter, bailler à uſure*. Ital. *Dare à cambio, dare impreſtito*. German. lehen. Belg. leenen. Hiſpan. *Empreſtar alguna coſa à alguno*. Polon. *Pożyczam*. Vngar. *Költſön adok, költsön vezek*. Ang. *To lend or pleaſure a man with the uſe of a thing for a while*.] Plautus in Trin. Siquis quid mutuaverit, ſit pro proprio perditum. Nam ego talentum, mutuò quod dederam, talento Hoc inimicum mihi emi, amicum vendidi. ❡ Significat etiam mutuum accipio. Cæcilius: Ad amicos curat mutuatum, mutuat cauſa mea. Qua in re autem differant Mutuare, & Commodare, vide in dictione COMMODO.

Mutuor, mutuaris, d. p. Mutuum, vel mutuò accipio: & propriè dicitur de iis quæ numero, pondere, vel menſura pari, non eadem ſpecie reddimus. [לוה lavah. δανείζομαι. Gall. *Emprunter, prendre à uſure*. Ital. *Prendere à cambio, pigliare impreſtito*. Ger. Entlehen. Belg. Ontleenen. Hiſpan. *Tomar lo empreſtado de otro*. Polon. *Pożyczam*. Vngar. *Költsön' vezek*. Ang. *To borow*.] Plautus: Decem minas à patre mutuatus, quod etiam dici poteſt, ſumpſit mutuum vel mutuò. ❡ Mutuari per tranſlationē, pro Aliunde ſumere. Cicero de Natura deor. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tàm æther Latinè, quàm dicitur aër. Idem de Fato: Orator ab Academicis ſubtilitatem ingenii mutuatur. Vide Budæum in Epiſt.

Mutuatio, onis, f. t. Mutui acceptio, alienæ rei uſurpatio. [משאלה maſchſchalah נשי neſchi. δάνεισις, δανεισμός. Gall. *Emprunt*. Ital. *Impreſtito*. German. Entlehung. Hiſpan. *Empreſtido*. Polon. *Pożyczenie*. Vngar. *Költsönkérés költsön' vevés*. Ang. *Borrowing*.] Cicero pro Flacco: Itaque quum Roma clàm eſſet profectus, multosque minutis mutuationibus fraudaviſſet, in Aſiam venit. Cicero 3. de Oratore: Tranſlationes quaſi mutuationes ſunt, quum quod non habeas, aliunde ſumas. Idem: Multari ex pœna, quæ ſine mutuatione & verſura poſſit diſſolvi.

Mutuatus, id eſt, Mutuò ſumptus. [Vngar. *Költsön vet*. Ang. *borowed*.] Cicer. de Finib. Aliter mutuatam, aliter invitatam. Idem alio loco: Hæc ab illo viro, quemadmodum multa ſolet, ab eo mutuata ſunt.

Mutuitius, tia, tium, Quod mutuò datur. δανειστός. ut pecunia mutuititia. Gell. lib. 20 cap. 1: Maximeque in pecuniæ mutuaticæ uſu, atque commercio.

Mutuus, a, um, dicit' Quod mutuò datū acceptúmve eſt. [Pol. *Pożyczony*. Vngar. *Költsön*.] Cicero ad Atticum: Ille mihi H-S. quatuordecim non reddidit, quæ dedi ejus filio mutua. Sic ſæpe ab eodem dicitur, Sumere, accipere pecunias mutuas. ❡ Mutuus idem aliquando quod pariter, æquabiliterque reſpondens. ἀντίστροφος. Cicero ad Atticum: Tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. Sic mutuus amor, mutua voluntas: id eſt, alterius in alterum par & æqualis. Sic Mutuum cum aliquo facere: id eſt, idem ac par. Plaut. in Trin. Leſbon. Quid agit filius? P. Benè vult tibi. L. ædepol mutuum mecum facit. Idem in Curcul. Eam volt meretricem facere, ea me deperit: Ego autem cum illa facere volo mutuum.

M   ante   Y.

Mya, μύα, Genus conchæ ſive margaritæ in freto circa Boſphorum Thracium, uniones rufos, ac parvos gignens. Plin. lib. 9. cap. 35. ❡ Eſt item Mya, inſula in ſinu Ceramico, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Myacanthon, μυάκανθον, Herba eſt, quæ alio nomine Corruda: hoc eſt, ſylveſtris aſparagus dicitur: de qua Plin. lib. 8. cap. 9. ❡ Myacantha verò quibuſdam herba eſt, quæ à Dioſcoride μυρσίνη ἀγρία, à Latinis Ruſcus appellatur. Cujus nomenclaturæ rationem hanc reddunt, quòd herba hæc in carnario ſuſpenſa, aculeis ſuis mures à lardo, carneque ſalſa arceat. Vide Marcellum Virgilium in Dioſcoridem.

Myagros, penultima correpta, Herba, Plin. [German. Ein Kraut / hat bletter wie röte / wird geſäet von wegen ſeines öleichtigen ſaamens.]

Myia, μυῖα, Græcis muſcam ſonat: quo etiam nomine appellatur ludus quidam puerilis, quum aliquis obductis oculis, extenſiſque manibus, colluſores quærit. Græca vox.

Myaces, μύακες, Piſces ſunt ex concharum genere, qui muricum modo coacervantur, vivuntque in locis algoſis, & ubi dulcis aqua copioſa mari miſcetur: gratiſſimi autumno: nam procedente hyeme amaritudinem contrahunt, coloremque rubrum. Reliqua vide apud Plin. lib. 32. cap. 9.

Myaros, Apud Paulum Aeginetam, ſimilis Myagro herbæ.

Mydas, Vermiculus, qui fabis innaſcitur marceſcentibus.

Mydriaſis, f. t. μυδρίασις, Vocatur morbus oculorū, quum pupilla quidem ipſa colorem non mutat, ſed videtur ultra naturalem ſitum, multò latior, interim ut viſum omnem adimat, interim ut partem: res verò ipſæ minores quàm ſint, appareant: econtrariò in phthiſi majores: in qua pupilla contrahitur, corrugaturque. Latini pupillæ dilatationem vocant.

Myduſa, [μύδουσα. German. Ein Naßhart.] A' quibuſdam recenſetur inter nomenclaturas Anchuſæ herbæ: & legitur ſanè in Græcis quibuſdam Dioſcoridis exemplaribus: à doctioribus tamen inter ejus ſcriptoris notha rejicitur.

Mygāle, mygales, μυγαλῆ, Animal medium inter murē & muſtellam ſpeciem habens, quod Latini murem araneum appellant. Vide ſuprà in dictione MVS.

Mylacris, μυλακρίς. Blattæ genus magnitudine cicadæ, circa molas naſcens, veſcensque farina. Pollux autor eſt mylacridem apud Ariſtophanem accipi pro gallina.

Myle, myles, μύλη, Herba eſt radicem habens parvo bulbo ſimilem, contrahentis facultatis: quæ cum farina loliacea dehiſcentem ſanat vulvam. Autor Gal. lib. 7. Simpl.

Myle, Apud Aetium radix ſylveſtris Lapathi decocta, utilis ad dentium dolorem & mobilem.

Mylœcos. [μυλοικός. German. Mahlwurm / die gemeinlich bey den Mülinen oder Beckenläden ſind.] Genus eſt vermiculi ex blattis quod circa molas ferè ſoleat naſci. Autor eſt Plinius lib. 30 cap. ult.

Mylos, Latinè mola, Vnde Chyromylas, χειρομύλας, mola manualis, Amylum, ſine mola.

Mymphur, Lignum mediocris longitudinis, rotundū, quod loro circumvolutū circumagunt fabri in operib. tornandis.

Mycopros, Stercus murium. [German. Mäußdreck.]

Myoctonos, μυοκτόνος, Aconitum herba, ita dicta, quòd è longinquo mures interficiat. Plin. lib. 27. cap. 3.

Myoparon, m. t. [μυοπάρων. Gall. *Vn galion, ou brigantin*. Ital. *Vna ſorte di nave, come brigantino ò galeone*. Germ. Ein Raubſchiff. Hiſpan. *Nave ligera de coſſario*. Polon. *Rozbojnik morskich ſpuſtem*. Vngar. *Sarka, ladik*. Ang. *A brigantine, a galeonne*.] Genus navigii piratici, habens formam quandam mediam inter onerariam, & longam triremem: de quo vide Bayfium de Re navali. Cicero libro 3. de Oratore: Nam quum quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus, mare haberet infeſtum uno myoparone. Eodem (inquit) quo tu Orbem terræ. Idem in Verrem: Illi ſtatim myoparonem egregium de ſua claſſe, ornatum atque armatum dederunt. Saluſtius libro 3. hiſtor. Et fortè in navigando cohors una grandi phaſelo vecta à cæteris deerravit, marique placido, à duobus prædonum myoparonibus circumventa.

Myopes, [μύωπες. Gall. *Qui ont la veuë courte*. Ital. *Coloro che hanno*

[illegible] *[illegible]*. German. [illegible] Hiſpan. *Viſoros, que vem poco.* Polon. [illegible] Vngar. [illegible] Angl. *Poarblind or ſand blinde.*] Dicuntur à Græcis, qui rem aliquam niſi propiùs oculis admotam, non vident, limisque & ſemiclauſis oculis intuentur. [illegible] (inquit Ariſtoteles) [illegible]. Hoc vitii genus à [illegible], vel [illegible] appellatur: contrarium nobis accidit in ſenectute, ut ſcilicet longiuſculè diſſita commodiùs videamus. Dicti Myopes, [illegible]; hoc eſt, à claudendo viſu. Nyctalopes autem dicuntur, qui quum interdiu clariſſimè perſpiciant, adventante nocte hebetioribus ſunt oculis.

Myŏpĭă. Vitium myopum. Sunt & Myopiæ murium cavernulæ, [illegible] mus, [illegible] video.

Myŏphōnŏn. [[illegible] Pol. *Omieg.*] Herba eſt muribus exitialis: unde & nomen accepit, eadem fortaſſis cum ea quam alibi Myoctonon, & Aconitum appellari docuimus. Meminit Myophoni Plin. lib. 11. cap. 9.

Myŏsōtĭ. [illegible], Herba eſt, quam & Alſinem, & verbum ex verbo exprimentes, Muris auriculam vocant Latini. [German. [illegible].] Folia enim, quum primùm erumpunt, muſinæ auri habet non diſſimilia. Alſines verò nomen accepit, quòd algidis locis gaudeat, & opacis. Gallis *Morgeline* nomine notiſſima eſt, eaque ſolent avicularum eſcam faſtidientium appetitum recreare. ¶ Refertur & alterum Myoſoton genus à Dioſcoride, quod & Myoſotis, [illegible], diminutiva forma appellatur, plures ab una radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concavos: folia autem anguſta, nigreſcentia, & in acutum deſinentia: floſculos verò cæruleos, anagallidis colorem exprimentes. Quidam putant eſſe Officinarum *Piloſellam*: licet deſcriptio ei uſquequaque non conveniat. Poſteriorem hâc ſpeciem deſcribit Plin. lib. 27. cap. 12. Priorem verò lib. 26. cap. 4.

Myŏtrŏchēs, Alſine apud Dioſc. lib. 4. cap. 89.

Myrăcanthŏn, [illegible], Herba aculeata, quæ & Eryngion, & Centumcapita appellatur. Radicem habet odoratam: unde & Myracanthi nomen accepit.

Myrĭăs myriadis, f. t. Numerus decem millium. [רבוא *ribbô*. [illegible]. Gal. *Dix mille.* Ital. *Decina di migliaia.* German. Ein zahl die zehen tauſent begreifft. Hiſpan. *Diez millares.* Polon. *Liczba dzieſięciu tyſięcy.* Vngar. *Tizezer.* Ang. *Ten thouſand.*] Unde Myriarchus, ſive Myriarcha, [illegible], dictus eſt decem millium præfectus.

Myrīcă, penultima producta, f. p. [ברבור *barbûr*. [illegible]. Gall. *De la bruyere, dequoy on fait verges à nettoyer robbes.* Ital. *Tamarice.* German. Tamariſchen ſtauden. Hiſpan. *El atarſe o taraha o tamarix.* Vngar. *Tekerje.* Ang. *Heath to mak broomes of.*] Genus humilis virgulti, cujus ſunt duæ ſpecies: ſativa quam & Tamaricem vocat Plinius libro 13. capite 21: altera ſylveſtris, quam in Achaia *Bryam ſylveſtrem* vocant. Hanc Ruellius eſſe arbitratur, quam Galli ſua lingua vocant *Bruyere*. Virgil. 4. Aeglog. Non omnes arbuſta juvant, humileſque Myricæ. Ovid. 3. de Arte: Nec denſum foliis buxum, fragileſque myricæ. Idem 10. Metamorph. Perpetuoque virens buxus tenueſque myricæ.

Myrīnŭs, penultima producta. [[illegible]. German. Das männlin von einem Meerfiſch einer Schlangen gleich / Murena genañt.] Ab Ariſtot. vocatur mas murænæ, qui dentes extra os habet. Plinius libro 9. capite 23. Ariſtoteles myrinum vocat marem, qui generat: diſcrimen eſſe, quòd myræna varia & infirma ſit: myrinus unicolor, & robuſtus, denteſque extra os habeat.

Myrĭŏphyllŏn. [[illegible], German. Garb.] Herba eſt, alio nomine Achillea dicta ab Achille Chironis Centauri diſcipulo, qui eam traditur inveniſſe. Myriophyllon appellata à multitudine tenuium foliorum: unde & Millefolium à Latinis appellatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 16.

Myrĭſtĭcă nux. [[illegible]. Gall. *Noix muſcate.* Ita. *Noce moſcata.* German. Ein Muſcatnuß. Hiſpan. *Nuez moſcada.* Pol. *Muſzkatowa gałka.* Vngar. *Szerecſen dio.*] A quibuſdam appellatur, quam nos hodie *Nucem odoratam*, vel *muſcatam* vocamus. In qua etiam opinione eſt Hermolaus Barbarus in Dioſcoridem. Et certè non video cur ita appellari non poſſit, modò ſciamus diverſam eſſe à glande myrepſica, quam Plinius vocat Myrobalanum.

Myrmēcĭă. [[illegible]. Gall. *Certaines verrues ſur le corps qui formillent & demangent.* Ital. *Porri delle mani.* German. Die gemeine wartzen ſo āgerſten aug genennet werden. Hiſpan. *Hormiguiá verrugas de las manos.* Polon. *Brodawki ſwierzbiace.* Vngar. *Vakterw.* Ang. *Certaine wartes.*] Verrucæ ſunt, lupini amplitudine, ferè in palmis manuum, & plantis pedum naſcentes: ita dictæ quòd formicæ in morem pungant. Celſus libro 5. cap. ult. quatuor enumerat genera verrucarum, vel potiùs ulcuſculorum verrucæ ſimilium: [illegible], Thymium, Myrmecium, & Clavum: de quarum differentiis vide ipſum.

Myrmēcītēs, [illegible], Gemma, quæ innatam repentis formicæ effigiem habet. Plin. lib. 37. cap. 11.

Myrmēcĭŭm, [illegible], Phalangii genus, formicæ ſimile capite, alvo nigra, guttis albis diſtinguentibus. Hæc ferè Plinius libro 22. cap. 4.

Myrmēcŏlĕō, [illegible], Exiguum animalculum, formicis adverſum, quod ſe ſub pulvere abſcondit, & formicas frumenta geſtantes interficit, & interfectas conſumit. ¶ Eſt autem dictio ex formicæ & leonis nominibus compoſita: quaſi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium, ita hoc animalculum formicarum prædam agit: quum tamen volucribus nihil aliud ſit, quàm formica. Hinc Bibliorum interpres in libro Iob: Myrmecoleo periit, eò quòd non habeat prædam.

Myrmēcĭăs, [illegible], Gemma nigra, eminentias quaſdam habens ſimiles verrucis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Myrŏbălănum. [[illegible]. German. [illegible] / iſt ein baum frucht vnnd nicht ein nurtzel.] Glans eſt arboris ſimilis heliotropio, magnitudine nucis avellanæ, quam Dioſcorides [illegible] appellat: hoc eſt, glandem ungentariam. Glandis hujus nucleus Græcarum nucum more tritus, humorem reddit, quo ad pretioſa unguenta pro oleo utuntur. Naſcitur in Aethiopia, Aegypto & Arabia, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat. ¶ Habet autem hæc dictio omnes ſyllabas breves: unde carmen heroicum ingredi non poteſt: ad quod alludit Martialis in Apophoretis: Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus, Hoc ex unguento conſtat & ex balano. Retinet hæc glans etiam hodie nomen ſuum, in pharmacopolarum officinis. Vide de hoc plura in dictione BALANVS.

Myrŏbăptārĭĭ, [illegible], dicuntur tinctores murrhei coloris.

Myrobrechi, [illegible], Vaſa unguentāria, quaſi unguento ſtillantia: [illegible] Græci unguentum vocant, [illegible] ſtillo, pluo, & irrigo. Hinc Plaut. in Aulul. *Myrobrecharios*, [illegible], pro unguentorum confectoribus accipit, ad capillos madefaciendos. Ait enim, aut manulearii, aut myrobrecharii.

Myrŏpōlă, m. p. Vnguentarius, unguentorum venditor, pen. prod. [רקח *rokéah.* [illegible]. Gall. *Parfumeur, vendeur de ſenteurs, odeurs ou vnguens.* Ital. *Profumiere.* German. Ein Apotecker der allerley ſalben verkaufft. Hiſpan. *El que vende vnguentos olorosos.* Polon. *Aptekarz.* Vng. *Patikas.* Ang. *A ſeller of ſweet oyles and perfumes.*] Plaut. in Caſ. Myropolas ſolicito omnes, ubicunque unguentum eſt lepidum.

Myrŏpōlĭum, n. ſ. Locus ubi unguēta vendūtur. [[illegible]. Gall. *Le lieu où on vend ſenteurs, odeurs ou vnguens.* Ital. *Profumeria.* Ger. Ein Apoteck. Hiſp. *La tienda donde ſe venden los vnguentos oloroſos.* Polon. *Apteka.* Vng. *Patika.* Ang. *A place where oyles and perfumes ar ſold.*] Plaut. in Amph. Nam omnes plateas perreptavi, gymnaſia, myropolia. Latinè Vnguentaria taberna dicitur. Suet. de Auguſto: Et modò unguentariam tabernam, modò piſtrinum Atiiæ exercuiſſe obiicit.

Myrŏthēcĭum, n. ſ. [[illegible]. German. Geſchirr vnnd ort darinn wolriechende Salben behaltet.] Vnguentorum repoſitorium. Cicero ſcribit ſe myrothecium Iſocratis totum conſumpſiſſe, in commentario Conſulatus ſui ſcribendo: hoc eſt, pigmenta oratoria. Epiſtola ad Attic.

Myrrhă, f. p. [מר *mar*. [illegible]. Gal. *Myrrhe.* Ital. *Mirra.* German. Myrrhen. Hiſpan. *Mirra.* Polon. *Myrrha.* Vngar. *Mirha.* Ang. *Myrrhe.*] Arbuſcula eſt in Arabia naſcens, altitudine quinque cubitorum, non ſine ſpina, caudice duro & intorto, cujus cortice inciſo deſluit lacryma, quæ & ipſa myrrha vocatur ſeu ſtacte. Ejus præcipua virtus eſt, ut mortuorum cadavera incorrupta conſervet. Vide Plinium libro 12. cap. 15. & 16. ¶ Myrrha præterea Cyniræ Cypriorum regis fuit filia, quæ nefando patris amore capta, quum aliquot noctes auxilio nutricis cum illo concubuiſſet, tandem illato lumine agnita, quum illam pater vellet occidere, noctis beneficio elapſa, in Arabiam profugit, ubi in arborem ſui nominis eſt converſa. Ovid. 10 Metamorph.

Myrrhĕŭs, a, um, pen. corr. Quod ex Myrrha eſt. [illegible]. Propert. Myrrheaq; in Parthis pocula cocta focis.

Myrrhĭnŭs, na, num, pen. corr. [illegible]. Quod myrrham habet admiſtam, vel quod myrrha eſt conditum.

Myrrhĭnă vina, [illegible], dicuntur quæ myrrha cōdita ſunt.

Myrrhăpĭă, ſive ut apud Plin. legitur, Myrapia, [illegible], Genus pyrorum, quod odorem gratiſſimum reddit. Plinius libro 15. cap. 15.

Myrrhĭs, idis, [illegible], Oleris genus cicutæ ſimillimum, foliis aliquāto minoribus, & breviori caule, ſaporis & odoris jucundi. Vulgus herbariorum vocat *Cicutariam*.

Myrrhites, [illegible], Gemma quæ myrrhæ colorem habet, odoremq; unguenti. Plin. lib. ult. cap. 10.

Myrſinites, μυρσινίτης, teſte Plin. lib. 26. cap. 8: Species eſt tithymali, & foliis myrthi acutis, compungentibus, ſed mollioribus. ¶ Item Myrſinites gemma eſt, quæ melleum colorem nitrentem habet. & myrti odorem, Plin. lib. 37. cap. 10.

Myrſine. Myrtus ſylveſtris, vel Ruſcus. Dioſcorides libro 4. capite 12.

Myrtacantha, μυρτάκανθα, à quibuſdam appellatur Ruſcus, frutex, quem Dioſcorides μυρσίνην ἀγρίαν: hoc eſt, ſylveſtrem myrtum appellat. ¶ Eſt autem ex his nomenclaturis, quas recentiores, veluti nothas, è Dioſcoridis familia ſummoverunt.

Myrteria. A' Theodoro convertitur Tithymelus Myrſinites apud Dioſcorid. lib. 4. cap. 170.

Myrtidion. Ceraunion apud Dioſcorid. lib. 3. cap. 126. & ibid. in Corol. Barb.

Myrtine, Periclymenon, apud Dioſc. lib. 4. cap. 16.

Myrtopetalum, μυρτοπέταλον, Herba eſt, quam alio nomine Polygonaton appellant, à multitudine geniculorum. Autor Plin. lib. 27. cap. 12.

Myrtus, i. f. [μυρσίνη. Gall. *Vn arbre appellé meurte.* Ital. *Mirto.* German. Myrtenbaum/ Welſche oder frembde Heydelbeer. Hiſp. *Arrahan moriſco que ſe labra.* Polon. *Myrt.* Vngar. *Mirtus fak.* Angl. *Myrt.*] Arbor baccas ſaporis præcipui producens, ex quibus vinum fit, quod Myrtiten vocant. Dicebant & veteres in feminino murta. Varr. lib. 4. de ling. Latin. Murtatū, *inquit*, à murta, quòd ea large fartum inteſtinum craſſumſic enim rediligitur, ut eſt in antiquis, quum & Cato in hoc ſexu uſus ſit. De murtato autem vide ſuprà ſuo loco.

Myrtidanum, μυρτίδανον, Vini genus myrti ſylveſtris baccis conditum. Plin. lib. 14. cap. 16: Ramis teneris cum ſuis foliis in albo muſto decoctis, tuſis, libram in tribus muſti congiis defervere faciunt, donec duo ſuperſint. Quod ita ſylveſtris myrti baccis factum eſt, Myrtidanum vocant.

Myrtetum, penultima prod. n. ſ. Locus myrtis conſitus. [μυρσινών. Gall. *Vn lieu planté de meurtes.* Ital. *Luogo doue ſono piantati molti mirti.* Ger. Ein ort da viel Myrtenbäum ſtehen. Hiſp. *Arraihanal.* Vng. *Mirtus fak terme hely.* An. *A place planted with myrt.*] Plautus in Aulul. Neſcio qui ſervus è myrteto proſiluit. Horat. lib. 1. Epiſt. ad Vallam: -ſanè myrteta relinqui, Sulphura contemni vicus gemit.

Myrteus, a, um, Quod ex myrto eſt. [μυρσίνινος. Gall. *De meurte.* Ital. *Di mirto.* German. Von Myrtenbaum / oder von Welſchen Heydelbeern. Hiſp. *Coſa de arrahan.* Pol. *Myrtowy.* Vngar. *Mirtus fabol valo.* Ang. *Of myrte.*] Tibullus: Et gerit inſigni myrtea ſerta coma. ¶ Hinc myrteam Venerem priſci appellaverunt. Plin. lib. 15. cap. 29: Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ, quam nunc *Murtiam* vocamus.

Myrtinus, a, um, pen. prod. ejuſdem ſignificationis, ut oleum myrtinum, μυρσίνινον. Plin. lib. 23. cap. 4: Oleo myrtino illitum ſtatim reſolvitur.

Myrtites, Vinum dicitur myrto conditum, quemadmodum Aromatites, vinum aromatibus imbutum. Colum. lib. 12. cap. 38. Vinum myrtiten ad tormina ſic facito.

Mys, Myos, maſc. gen. Piſcis nomen, Vide in PROPRIIS.

Myſteria, orum, n. ſ. [סודות *ſodhoth*, μυστήρια. Gall. *Myſteres, ſecrets concernans les choſes diuines.* Ital. *Miſterii.* German. Geheimnuſs. Hiſpan. *Los ſecretos del ſacrificio.* Polon. *Taiemnice boske.* Vngar. *Titkos ertelem.* Ang. *Myſteries, ſecret maters.*] à Græcis dicuntur ſacra quædam arcana, quę Latini ſecluſa vocant, ita dicta, quòd ea τὸ στόμα μύειν: hoc eſt, quòd ea intus oporteat occludere, nec cuiquam profano explicare. Nefas enim erat alicui aperire myſteria, qui ſacris non eſſet initiatus. Vnde poëta neſcio quis occæcatus fertur, quòd myſteria enuntiaſſet. Hinc non ſine myſterio fieri dicimus, quod occulta aliqua ſacrorum ratione perficitur. ¶ Vnde Myſtæ dicti ſacra diſcentes, myſteriorum periti, diſcipuli, & initiati ſacris alicujus numinis, ut apud Auſonium, Senecam, & Papinium. ¶ Et Symmyſtæ, conſacerdotes eiſdem ſacris initiati. Qua dictione Apuleius, Sidonius, & Hieronymus utuntur. In myſteriis autem tradebantur multa arcana, quæ in vulgus enuntianda non ſunt, quum (autore Tertulliano) omnibus myſteriis ſilentii ſedes debeatur. Scribit Euſebius libro 2. de Præparatione Evangel. in ſacris Iſidis & Serapidis fuiſſe Harpocratis ſimulacrum, quòd digito labiis impreſſo admonere videretur, ut ſilentium fieret. ¶ Id in eruendis myſteriis (inquit Eraſ. in Mil. Chriſt. can. 5.) non oportet animi tui conjecturas ſequi (loquens de Scriptura interpretanda) verùm cognoſcenda ratio, & velut ars quædam, quam tradit Dionyſius quidam in lib. de Divinis nominibus, & D. Auguſt. in opere de Doctrina Chriſtiana. Paulus autem Apoſtolus poſt Chriſtum fontes quoſdam aperuit allegoriarum. Quem ſequutus Origenes in hac parte Theologiæ facilè principatum obtinet. ¶ Myſteria etiam quædam feſta dicebantur in honorem Cereris celebrari ſolita, quæ & initia dicebantur: de quibus nonnulla diximus in verbo Initior. Cicero ad Atticum libro 6: Facies que me in quem diem Romana incidant Myſteria, certiorem, & quomodo hyemaris. Putatur autem hoc ſacrorum genus ab Eleuſine Attici agri oppido in reliquas terras exportatum. Ibi enim duo erant myſteriorum genera: majora, quæ Cereri ſacra erant: & minora, in honorem Proſerpinæ filiæ ejus inſtituta. Et quoniam utrorumque ceremoniæ ſummo ſtudio occultabantur, factum eſt ut Myſteria pro arcanis accipiamus. Cicero ad Atticum: Neque enim ſunt Epiſtolæ noſtræ, quæ ſi perlatæ non ſint, nihil ea res nos offenſura ſit: quę tantum habent myſteriorum, ut eas ne librariis quidem ferè committamus.

Myſtagogus, myſtagogi, m. ſ. Sacrorum cuſtos, qui cuſtodiæ ſacrorum eſt præfectus. [כמר *chamár.* μυσταγωγός. Gall. *Sacreſtain.* Ital. *Sacriſtano.* German. Der vber heylige ding zur hut verordnet iſt / ein Sacriſt / der einen vber geheime ding führen kan. Hiſpan. *Guardador de los ſecretos, ſacriſtan.* Polon. *Dozorca ſwiatoſci, zakriſtyan.* Vngar. *Segeſtyen, titkos zentség bruk.* Ang. *A churchewarden.*] Cicero Verr. 6: Itaque judices ii, qui hoſpites ad ea quę viſenda ſunt, ducere ſolent, & unumquidque oſtendere, quos illi *myſtagogos* vocant, converſam jam habent demonſtrationem ſuam.

Myſtes, vel Myſta, æ, Sacra diſcens, Myſteriorum peritus, diſcipulus, initiatus ſacris alicujus numinis, Seneca. Pii myſtæ, Auſon. Inſulati myſtæ, Sidon.

Myſticus, ca, cum, μυσταγωγικός, μυστικός, Propriè quod in arcanis deorum ſacris fiebat, qualia erant Bacchi Orgia, quæ noctu clàm à ſolis mulieribus celebrabantur. ¶ Vnde Myſtica ſacra pro arcanis ſacris dixit Mart. lib. 8: Non per myſtica ſacra Dindymenes, Nec per Niliacæ bovem juvencæ, Nullos denique per deos, deaſq; iurat Gellia, ſed per uniones.

Myſtus, Genus piſcis, qui à Plin. lib. 32. cap. 11. numeratur inter genera lacertarum.

Mythos, Latinè fabula.

Mythologia, æ, μυθολογία, A' Latinorum nonnullis Affabulatio dicitur: hoc eſt, fabulæ explicatio. ¶ Vnde Mythologi dicuntur, qui rationes reddere conantur, quare fabula unaquęque fuerit excogitata.

Mytilus, μυτίλος, penultima correpta, Piſcis eſt ex genere cōcharum, in arenoſis potiſſimùm locis proveniens, cujus exuſti cinis cauſticam vim habet, nō ſecus ac muricis. Vide Plinium lib. 32. cap. 9. & lib. 9. cap. 51. Mart. lib. 5: Sumitur inciſo mytilus ore mihi. Hor. Serm. Lib. II. 4. 78.

Myttos, Pulmentarium ruris, ruſticis Italiæ familiare. De quo lege Aphroſcorodon. Myttotos, ab odoris faſtidio eſt dictus. In hunc & caſeum quoque addebant. Alii genus placentæ faciunt ex oleribus, ut Phocion ait.

Myuros, Herba folia Alimo ſimilia habet: verùm per terram ſerrata eſt, ac velut corymbos in ſummo longos habet. Aetius Serm. lib. 10. cap. 26.

Myxa, [μύξα. Gall. *Morve, morveau.* Ital. *Mocco.* Germ. Schnuder/ rotz auß der Naſen. Hiſpan. *El moco.* Polon. *Sopel z noſa.* Vng. *Takony.* Ang. *Snattineſſe, or filth of the noze.*] apud Græcos, propriè pituitæ excrementum è naribus fluens, qui & Mucus dicitur: unde μυξώδης mucoſus appellatur: hoc eſt, nares muco ſordidas habens. Μυξωτὴρ verò ipſum narium foramen appellatur. ¶ Hinc etiam Myxos prominens pars lucernæ vocatur, ex qua profertur ellychnium, quemadmodum ex naribus mucus. [German. Das töcht oder tinglin an der Ampeln / da der Dacht innen iſt.] Quare Græci quoties volunt ellychnium produci, ut luceat clarius, ἀπομύξαι τὸν λύχνον dicunt: noſtri verò *Emungere lucernam.* ¶ A' Myxos fit Dimyxos, quæ eſt lucerna duo ellychnia habens: Trimyxos, tria: Polymyxos, multa. Mart. lib. 14: Illuſtrem quum tota meis convivia flammis, Totque geram myxos, una lucerna vocor.

Myxon, myxonis, m. t. μύξων, Piſcis eſt, apud Romanos olim in deliciis habitus Plin. lib. 35. cap. 12. De vaſis fictilibus loquēs: Tripatinum appellabatur ſumma cœnarum lautitia: una erat murænarum: altera luporum: tertia myxonis piſcis, inclinatis jam ſcilicet moribus. Hunc piſcem nonnulli Banchum vocavēre Idē lib. 32. cap. 7. de jecore hujus piſcis loquens: Auribus, *inquit*, utiliſſimum bati piſcis vel recens, ſed inveteratum vino. Item Banchi, quem quidam Myxona vocant.

N LITERA,